

notum facio vniuersis, tam futuris quam presentibus, ac euidenter et publice recognosco me cum honorabili ac nobili militi(!) domino Nicholao Thyrgilsson terrarum empcionem et concambium rite et racionabiliter juxta formam et consuetudinem legum Væstmannie fecisse in hunc modum: ita scilicet quod eidem domino Nicholao Thyrgilsson fundum meum in østra Sørby, predicta parochia Byornaskogh, et cum hoc eciam omnes possessiones meas prediales ibidem, videlicet omnes inclusiones, dictas hagma, sicuti nørrahaghan, østræ, sydræ, et væstræ haghan, cum ceteris et singulis continenciis illarum, cultis et incultis, infra sepes existentibus, que in diebus nobilis militis domini Thyrghilli Clæmitzson, patris predicti domini N[icholai] et eciam in diebus patris mei vsque in data presencium incluse fuerunt, quocumque nomine censeantur, ad tredecim solidos terrarum et duas vlnas in eadem villa østra Sørby pertinentes, pro dimidio solido terre in predicta villa mea Ørbærghum sito et eciam pro promptis denariis mihi pro voluntate mea solutis dimiseram et mihi meisque heredibus penitus abalienatas eidem domino N[icholao] et eius heredibus veraciter appropriaueram pleno jure perpetuo pacifice possidendas. Testes ad premissa, dicti fasta, sunt viri discreti infrascripti, videlicet dominus Meghinthorus, curatus ecclesie predictæ, Martinus de Ekne, Østanus de Asthum, Laurencius de Helle, Olauus ibidem, Thidricus de Grysnæs, Nicholaus de Syrby, Petrus de Litlatæby, Ingeualdus de Grysnæs, Ingeuastus de Sighilsbærghe, Laurencius de Langatæby, Laurencius de Hørberghum et Keldar de Ekne. In huius rei testimonium, ratihabicionem et euidentiam pleniorum sigilla predictorum discretorum virorum, videlicet domini Meghinthori et Martini in Ekne, peto, quia sigillum non possideo, presentibus apponenda. Actum et datum apud ecclesiam predictam Byornaskogh anno Domini m^occc^o quinquagesimo die beati Barnabe apostoli.

Sigillen: n. 1 borta; n. 2 (en upprätt lilja): s' MARTINI OLAFSS' (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 632)

4585.

1350 Juni 11.

Linköping.

Margareta Ulvildsdotter säljer till sin frände Nils Brun, borgare i Linköping, sex skäppers utsäde i Ballahäll och 2 skäppers utsäde i Stenkulla.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Margareta Vluildædotter salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium vniuersis liquide patefiat me viro discreto Nicholao dicto Brwn, genero meo, cui Lincopensi, semina sex modiorum in Ballahell et duorum in Stenkullæ ad me legaliter jure hereditario deuoluta cum fastis secundum leges terre et legales tradiciones pro competenti precio vendidisse et in perpetue possessionis dominium assignasse, cuius precii summam recognosco me ab ipso Nicholao integre subleuasse. In cuius rei maiorem euidentiam, sigillum proprium non habens, sigillum ciuitatis Lincopensis vna cum sigillo viri discreti Laurencii Thorisson, proloquutoris mei, peto presentibus coaponi. Scriptum Lincopie anno Domini m^occc^o quinquagesimo ipso die beati Barnabe apostoli.

På baksidan: de semine sex modiorum in Ballahell et ii in Stenkullæ.

Sigillen: n. 1 två fragment kvar, af omskriften: . VM LING . : NSE . ; n. 2 (bomärke): . ENCI THORISS'.